



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

7. Nouitius ante Professionem de impedimentis interrogatus, quæ scienter
subticuit, potest inde expelli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

portunatatem verbi gratia ami-
corum &c.

VII. Collige 3. Novitium
in solemnis votorum nuncupa-
tione de impedimentis occultis
legitimè interrogatum, si quod
graue malitiosè subticuit, aut do-
loſe, posse à Religione expelli
ob irritam Professionem. Do-
lus enim cum nemini facere de-
beat, & Novitus dolosè ad Pro-
fessionem suscipiatur, eum Cæ-
nobium utputa deceptum reti-
nere non constringitur. *Vide stat.*
dist. I. c. 15. de Novitiis 4. Inter-
dictum esse Prælatis Religionum
aliisque Regularibus, recipere
ad hospitium, etiam ad modi-
cum tempus Regulares ignotos
sine patentibus litteris, siue ex
eadem Provincia veniant, siue ex
diuersâ, & tam proprii quam
alieni Ordinis; aliqui recipi-
entes

entes incurunt pænas priuatiōnis vocis actiuæ & palsiuæ, officiorum & inhabilitatis perpetuæ. Nec istorum vagantium excusationes sunt audiendæ, nimirum non poruisse prædictas patentes obtinere, quod propter grauamina illata ad Sedem Apostolicam, aut alios Superiores confugiant, nisi aliquorum testimonio fide digno constet de petita licentia & per Superiorum denegata. Nec denique cuncta audienda priusquam se stiterint Congregationi super Regulares vel Protectori Ordinis. *Sixtus 5. in Const : De omnibus & Declarat. Ad Romanum à §. 19. Scritis Theorem: 3.*

VIII. Quæcumque furtiva [A] idest, occulta & nocturna extra septa Monasterii egressio,
siue